

Stelis Sw.

Fl. Ind. Occ. 1549!

§. 1. **Eustelis.** c. **monostachyae.** 2. **brachypodae.** L. Folia II.
Stelis pag. 2.

110. **Stelis thecoglossa:** affinis Stelidi Tweedianaefolio a basi anguste cuneata oblongo obtusiusculo, racemo elongato distichifloro, bracteis ochreatis oblique retusis, sepalis semiconnatis, trinerviis, tepalis rhombeis obtusis toto dimidio superiori carnosus, labello transverse subquadrato limbo toto involuto, columna a basi angustiori ampliata.

Caulis secundarius quantum praesto est paulo ultra bipollicaris. Folium fere quatuor pollices longum, vix dimidium pollicem latum apice obtusatum, tridentatum, crassiusculum. Spatha anceps acuta parva. Pedunculus octo usque novem pollices longus, multiflorus, basi infima per fere duos pollices vaginis distantibus quaternis ochreatis acutis.

Tota inflorescentia inclusis floribus viscosa videtur fuisse, cum arenae massulae aliaeque granula eidem adhaereant.

Plantam huc retuli, nec ad § III., Labiatas, cum perigonii licet altius connati partes sint subaequales.

„Blütthe bräunlich grün.“

Desengaño in Costa Rica. 5. 8. 1857.